



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Deipara quatenus Christi mater, quantopere sit diligendam, n. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Septimum exemplum Sanctorum, qui ab initio nascentis Ecclesie omnes B. Virginis studiosissimi, ac devotissimi fuerunt; nunc de unoquoque horum capitum nonnulla breviter perstringamus.

DEIPARA QUATENUS CHRISTI
Mater quanto opere sit diligenda.

Primum quidem ad ejus nos devotionem illud plurimum permovebit, si animo reputemus, quod Christi Dei nostri, cui omnia nostra debemus, vera sit Mater, quem sola sine viri opera de Spiritu sancto concepit, ut propterea tanquam Deipara ab omnibus Christi fidelibus summo affectu, ac studio prosequenda, atque colenda sit, quam Christus tantopere honoravit ipse, & ab omnibus vult honorari: Si enim, inquit Damascenus orat. 1. de dormit. Virg. loquens cum ea, honoris, qui conferri habetur, benevolentiam erga communi Dominum declarat, quo tandem modo studium te honorandi, qua Dominum peperisti, negligendum erit? An non illud vel necessario spiritui praeferemus? ac vel etiam ipsi vita anteponemus? Hac enim ratione nostram erga Dominum benevolentiam luculentius ostendamus. hæc ille.

Psal. 150. Quod si Deum Psalm. 150. in sanctis ejus laudare, & Ecclesiast. 43. benedicere, & exaltare illum quantum possumus jubemur; profecto cum Virgo beaustima non tantum præ omnibus puris creaturis sanctitate præfulserit, ut in superioribus ostendimus; verum etiam sit vera Dei genitrix, in qua Dei magnificentia, atque majestas præcipue elucet, in ipsa quoque peculiari quadam ratione, quantum possumus, Deo laudare debemus. Quod si S. Leo sermone 1. de S. Laurentio, gloriandum nobis dicit esse in Domino, qui est mirabilis in factis suis: quanto magis, quia mirabilem se ostendit in sua Genitrice, peculiariter propter illam in Domino gloriam, ac vicissim propter Dominum eam singulari dilectione prosequi debemus? Sicut enim dubium non est, inquit Bernardus homil. 4. super missus est, quicquid in laudibus Matris præferimus, ad filium pertinere. & rursum: Cum filium honoramus, & gloria matris nos non recedat: ita etiam cum erga Virginem singulari pietatis sentia colendam studium nostrum impendimus, id totum peculiari ratione in Christi ejus filij honorem, & quo ipsa omnia accepit, terminari: imò hæc

Primum caput. quia Mater est Christi.

Damasc.

Psal. 150. Ecclesi. 43.

S. Leo.

Bernard.

Virginis honor in Christum redundat.

est voluntas Christi, ut sæ Genitrici hunc cultum exhibeamus. Quare Bernardus sermone de Aquæ ductu 1. Totus, inquit, medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur; quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam, in omnibus siquidem, & per omnia providens miseris, trepidationem nostram solatur, dem excitat, spem roborat, & fidenciam abicit, e-
vult m. riget passillanimitatem hæc Bernardus. Quod tremor mirum non est, si esim juxta verbum Domini norari. 1. Reg. 2. Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum. & Joan 12. Si quis michi ministraverit, honorificabit eum pater meus: quanta gloria, & honore Deus optimus Virginem Deiparam non solum in cælis, sed etiam in terris cumulavit, quæ ita Deum in se glorificavit, ut Bernardus serm. 2. de Pent. de Virgine sic loquatur: Tota Trinitas de plenitudine ejus accepit gloriam. & Cyrillus hom. 6. in Nestorum: Per te, inquit, Trinitas sanctificatur, per te Crux gloriosa celebratur. & alij Patres quos cap. 17. citavi fusc in eandem sententiam multa proferrant. Quam sedulo autem Christo ministraverit, diximus cap. 9. & 12. Ex quo facile inferre possumus honorem, quem Christus ei vult ab hominibus exhiberi; idem enim Christus per ipsam tot beneficia eam invocantibus confert, ut omnes ad ejus benignitatis asylum confugiant, eam pro viribus venerentur, ideoque ejus reverentiam, ac devotionem in cordibus omnium fidelium altius impressit, ut ex his, quibus totum hoc opus inspersimus perspicue constat. Quocirca de Virgine Deipara Ecclesia in officio ejusdem Virginis profert illud Cant. 6. Vidimus eam filia Sion, hoc est anime fideles, & beatissimam prædicaverunt: Regina, id est, præstantissimorum Sanctorum, & concubina, hoc est aliorum etiam sanctorum anime laudaverunt eam, & Prou. ult. de muliere illa forti, quæ ut c. 24. dixi, Virginem sanctissimam significat, verè dicitur: Surrexerunt filij ejus, & beatissimam prædicaverunt, vir ejus, & laudavit eam, non solum enim fideles, qui sunt filij Virginis, sed ipse quoque Christus, vir filius eius, de quo dicitur 1er. 31. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Hinc est, quod SS. Patres tanquam Dei optimi matrem præclaris encomijs, & epithetis,

Bernard.

Cyrillus

Bernard.

Cyrillus

Cant. 6.

Prou. 11.

1er. 31.

Luc. 1.

eis, atque attributis illam omni reuerentia significatione suppliciter inuocant, & ut omit- tam precandi formulam in sacrificio ipso, qua uti solet Ecclesia latina, in qua omnibus con- stat quam crebro, quam reuerentior non tan- tum in Missis, quæ de Virgine celebrantur: sed etiam in qualibet Missa, in precibus, quæ sub missa, & alia voce à Sacerdote recitantur, inuocetur: dicam solum de alijs liturgijs, siue sacrificandi formis, quas sancti Patres reci- tandas in Ecclesia præscripserunt, in quibus ex persona Ecclesie humiliter, ac reuerentier inuocatur, nam de Sanctorum eiga Virginem veneratione c. seq. diligenter nobis agendam erit.

S. Iacobus. 6 S. Iacobus in sua Liturgia: Commemora- tionem, inquit, agamus sanctissima, immaculata, gloriosissima, benedicta Domina nostra Matris Dei, & semper Virginis Maria, & omnium Sancto- rum, & iustorum, ut precibus, atque intercessio- nibus eorum omnes misericordiam consequamur. & iterum in persona chori dicitur in eadem Liturgia: Dignum est, ut te vere beatam dicamus Deiparam semper beatam, & omnibus modis ir- reprehensam, & matrem Dei nostri honorabili-orem, quam Cherubim, & gloriosorem, quam Seraphim, qua sine corruptione Deum Verbum peperisti, te re vera Deiparam magnificamus. & rursus: Tibi ò plena gratis vniuersa creatura gra- tulatur, Angelorum catus, & hominum genus, qua es Templum sanctificatum, Paradisus spiri- tualis, Virginum gloria, ex qua Deus carnem as- sumpsit, & puer factus est Deus noster, qui est ante secula, hæc in Liturgia S. Iacobi.

S. Basilus Casarien. S. Basilus Casar. in sua Liturgia S. Iacobum imitatus sic habet: Sanctissima, & intemerata dominatrix nostra Dei genitrix, & semper Vir- ginis Maria cum omnibus sanctis memorantes, nos ipsos, & ad inuicem, atque omnem vitam no- stram Christo Deo commendamus; quod quin- quies in eadem Liturgia repetit.

S. Ioannes Chryso. S. Ioan. Chryso. in sua Liturgia: Preci- bus, inquit, sanctissima Deipare Virginis Serua- sor serua nos; & sæpius ibidem implorat, præ- sentim hac precatone, quam identidem repe- tit: Sanctissima, intemerata, & super omnes bene- dicta gloriosa Domina nostra Deipara, & semper Virginis Maria cum omnibus sanctis memorant agamus, & iterum eam honoratorem Cheru- bim, & gloriosorem incomparabiliter Seraphim; semper beatissimam, & penitus incontaminatam Dei nostri Matrem nominat. Et cum sacra-

Eucharistia est sumenda hæc verba à duobus dicenda præscribuntur: Ex intercessione imma- culata Domina nostra Deipara, & semper Virgi- nis Maria dignum me fac, ut sine condemnatione accipiam immaculatam vitam donum in remis- sionem peccatorum, in vitam aeternam. & infra: Dirige nostram vitam, consilia nos in timore tuo omnes, custodi vitam nostram, stabili nostros gressus, precibus, & supplicationibus sancta Dei- para, & semper Virginis Maria: & omnibus San- ctorum. hæc ex Liturgia sancti Ioannis Chry- sostomi.

In missa, qua vtuntur Æthiopes, estque per antiqua, quam canonem vniuersalem vocant, & habetur tom. 6. Bibliot. Sancti Patr. cuius auctor fuisse dicitur S. Mathæus teste Suarez tom. 3. in 3. par. disp. 60. sect. 1. preces fundun- tur in hæc verba: Latere immaculata verè Re- gina, latere gloria nostrorum parentum; quia pe- peristi nobis Emmanuel, ò verè mediatrix ante Dominum nostrum Iesum Christum, te supplices exoramus, ut memor sis nostri. ora pro nobis, ut deleantur iniquitates nostra. hæc ibi. Ex quibus satis apparet quanto studio Virginem sancti- simam hoc nomine, quod Dei genitrix sit, co- lere debeamus.

Bibliot. SS Patr. Suarez

DEIPARÆ IN NOS BENEFICIA.

7 **Secundo** ad Virginis deuotionem præci- que nos viget animi gratitudo, propter innumera, eaque præstantissima ab ea, tum in vnumquemque nostrum peculiariter: tum et- iam generatim in vniuersum hominum genus collata beneficia, quæ non minoris ab vno- quoque facienda sunt, quam si solus ipse ac- ceptiles & quidem beneficia ea, quæ dicuntur occulta omittam, quæ licet nos lateant; ipsa tamen pro sua in nos benignitate in dies procurare non cessat, siue cum nos à certissimis, quæ impendent, periculis seruat immunes: siue cum multa bona confert, quæ beneficia nunc occulta; in futura, vt speramus, vita nobis aperientur vniuersa: vt eo saltem tempore tantæ benefactrici gratias agere pro vni- uersis possimus. De his beneficijs, quæ occulta appellare licet, & à Deipara accepimus, & expectamus Nazianzenus in tragedia de Chri- sto patiente ad Deiparam sermonem dirigen- seque ei plurimum debere testatus, eleganter sic cecinit.

Secundum cap. Propter acco- pia à Vir- gine benefi- cia.

Nazianz.

Fi. quæ